



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CLXXX. Ioannis Papae VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

agnoscamus. Huius quoque textum epistolæ , vt nullus agnoscat , cum legeritis statim igne comburite. Data vt supra.

## EPISTOLA CLXXX.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

*Scribit se tacitum tenere quod secreto ex ipso audierat , d<sup>r</sup> auxiliū , quod promiserat , ab eo omnino expectare : prætere se bene valere.*

**S**ECRETVM, quod , Deo auxiliante , vobiscum Trecis existentes habuimus , immutilatum , ac fixum nostro apostolico pectori , quasi quoddam thesauro reconditum , procul dubio retinemus , & totis , vita comite , nisibus illud , quantum in nobis est , alacriter optamus perficere. Quapropter , si excellentia vestra libet , iam hoc ipsum ad effectum debetis perducere. Quia iuxta sanctum Apostolum admonentem : *Ecce nunc tempus acceptabile , ecce nunc dies salutis : quibus , fauente Domino , vestra potestis efficaciter desideria explere.* Nos enim sponctionem vestram nimium præstolantes , sed usque adhuc minime contemplantes , tristes existimus , eo quod assiduas & supra modum graues Paganorum infestationes omnimodis patiamur : & idcirco pro instanti necessitate alio dirigere , auxiliumque opportunum prætermisimus quærere. Vnde , si placet agere , quod agendum est agite ; sin autem , nobis remandare sine mora satagite. Quia vero de salute nostra solliciti gaudetis , vestra innotescimus magnitudini quia & prosperum , Christo duce , reuertendo iter habuimus , & nunc corporea sanitate bene valemus. Data vt supra.